

sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris? quod verbum impudens non proferunt qui risum movent scurræ & histriones? (*Ibid.*)

X. Si quæ est apud Deum confessio, est martyrium; quæcumque anima se pure & sincere gessit cum agnitione Dei, & præceptis paruit, vita & sermone est testis & martyr; quomodocumque liberetur à corpore; fidem tamquam sanguinem per totam vitam etiam in exitu profundens. (*Stromatum Lib. 4.*)

XI. Qui Deo jungitur, simul quidem gravitatem & hilaritatem ostendit in omnibus, gravitatem quidem, propterea quod ad Deum se convertat; hilaritatem autem propterea quod humana bona reputet, quæ dedit nobis Deus. (*Ibid. Lib. 7.*)

XII. Est omnis locus vere sacer & sacrum tempus, in quo Dei accipimus rationem & cogitationem. (*Ibidem.*)

ociosas, dichas con temeridad. Porque ¿qué historia puede haber tan torpe que no se manifeste en los teatros? ¿qué palabra impura que no pronuncien los bufones y cómicos que pretenden excitar la risa?

X. Si alguna confesion hay en la presencia de Dios, ya es martirio. Todas las almas que con el conocimiento de Dios procedieron con pureza y sinceridad, y obedecieron á los divinos preceptos, ya son mártires con la vida y las palabras; de qualquier modo que se libren de su cuerpo, derramando su fe como la sangre por toda su vida hasta en la hora de la muerte.

XI. El que se junta con Dios en todas las cosas, da á entender á un mismo tiempo gravedad y alegría; gravedad, porque se convierte á Dios; alegría, porque considera como que vienen de Dios los bienes de esta vida que nos ha dado.

XII. Todo lugar y todo tiempo es sagrado, si en él pensamos, y meditamos en Dios.

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE TERTULIANO,

Correspondientes al capítulo V. art. IV.

I. Nos, qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo poenam providemus, merito soli innocentia occurimus, & pro scientia plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni; eum timentes, quem timere debet & ipse, qui timentes judicat: Deum, non Proconsulem timentes. (*In Apolog. cap. 41.*)

II. Christiani non aliud noscibiles, quam de emendatione vitiorum pristinorum. (*Ad Scapul. cap. 1.*)

III. Bonum est poenitere an non; quid revolvis? Deus præcipit. At enim ille non præcipit tantum, sed hortatur. Invenit præmio salutem; jurans, etiam vivo dicens, cupit credi sibi. O beatos nos, quorum causa Deus jurat! ò miserimos, si nec juranti Domino credimus! (*Lib. de Poenit.*)

IV. Cæterum non leviter in Dominum peccat, qui cum æmulo ejus diabolo poenitentia renunciasset; & hoc nomine illum Domino subjecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem ejus seipsum facit; ut denuo malus recuperata præda sua adversus Dominum gaudeat. Nonne quod dicere quoque periculosum est, sed ad ædificationem proferendum est, diabolum Domino præponit? comparisonem enim videtur egisse, qui utrumque cognoverit, & judicato pronunciasse, eum meliorem, cujus se rursus esse maluerit. (*Lib. de Poenit.*)

V. Quis ille nobis intelligendus Pater? Deus scilicet; tam Pater nemo; tam pius nemo. Is ergo te filium suum, etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet, quia

redisti : magisque de regressu tuo , quam de alterius sobrietate lætabitur . Sed si poeniteat ex animo . . . si porcos , immundum relinquo pecus , si patrem repetas vel offensum , deliqui dicens Pater , *nec dignus ego jam vocari tuus* . Tantum relevat confessio delictum , quantum dissimulatio exaggerat . Confessio enim satisfactionis consilium est , dissimulatio contumaciæ . (*Lib. ibidem.*)

VI. *Exomologesis* prosternendi , & humiliificandi hominis disciplina est ; conversationem injugens misericordiæ illicem . De ipso quoque habitu atque victu mandat , sacco & cineri incubare , corpus sordibus obscurare , animum moeroribus dejicere , illa , quæ peccavit , tristi tractatione mutare : cæterum pastum , & potum pura nosse , non ventris scilicet , sed animæ causa : plerumque vero jejuniis preces alere , ingemiscere , lacrymare , & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum , Presbyteris advolvi , & aris Dei adgeniculari , omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere . (*Ibidem.*)

VII. Adjecto ad sumptum , conquirito altitium enormem saginam , defœcato senectutem vini : cumque quis interrogavit , cur animæ largiaris ; deliqui , dicito in Deum , & periclitor in æternum perire . Itaque nunc pendeo & maceror & excrucior , ut Deum reconciliem , quem delinquendo læsi . (*Ibid. cap. 11.*)

VIII. Plerique non putant sacrificiorum orationibus interveniendum , quod statio solvenda sit accepto corpore Domini . Ergo devotum Deo obsequium Eucharistia resolvit , an magis Deo obligat . (*Lib. de Orat. cap. 9.*)

IX. Si recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse , exiisse vos è carcere , quam in carcerem introisse , intelligemus . Majores tenebras habet mundus , quæ hominum præcordia excæcant ; graviores catenas induit mundus , quæ ipsas animas hominum constringunt ; pejores immunditias expirat mundus , libidines hominum . Plures postremo mundus reos continet , scilicet universum hominum genus . Judicia denique non Proconsulis , sed Dei sustinet . (*Lib. ad Martir. cap. 2.*)

X. Omni pene in loco de contemnendo sæculo scripturis Dominicis commonetur . Nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio subjacet , quam quod ipse Dominus in nullis divitiis invenitur , semper pauperes justificat , divites prædamnat . Ita detrimentum patientiæ , fastidium opulentiæ præministravit : demonstrans per abjectiones divitiarum , læsuras quoque earum computandas non esse . (*Lib. de Patient. cap. 7.*)

XI. Cum constet de resurrectione mortuorum , vacat dolor mentis , vacat & impatientia doloris . Cur enim doleas , si periisse non credis ? . . . profectio est , quam putas mortem . Non est lugendus qui antecedit , sed plane desiderandus . Id quoque desiderium patientia temperandum . Cur enim immoderate foras abiisse , quem mox subsequeris ? Cæterum impatientia in hujusmodi , & spei nostræ male ominatur , & fidem prævaricatur ; & Christum lædimus , cum evocatos quosque ab illo , quasi miserandos , non æquanimiter accipimus . (*Ibidem. cap. 9.*)

XII. Satis idoneus patientiæ sequester Deus . Si injuriam deposueris penes eum , ultor est ; si damnum , restitutor est ; si dolorem , medicus est ; si mortem , resuscitator est . Quantum patientiæ licet , ut Deum habeat debitorem ; nec immerito , omnia enim placita ejus tuetur , omnibus mandatis ejus intervenit . Fidem munit , pacem gubernat , dilectionem adjuvat , humilitatem instruit , poenitentiam expectat , exomologesim adsignat , carnem regit , spiritum servat , linguam frænât , manum continet , tentationes inculcat , scandala pellit , martyria consummat , pauperem consolatur , divitem temperat , infirmum non extinguit , valentem non consumit , fidelém delectat , gentilem invitat , servum Domino , Dominum Deo commendat , foeminam exornat , virum approbat ; amatur in puerò , laudatur in juvene , suscipitur in senè ; in omni sexu , in omni ætate formosa est . (*Ibidem. cap. 15.*)

XIII. Impudicitiam omnem ampliori jubemur . Hoc igitur modo etiam à theatro separamur , quod est privatum consistorium impuditiæ , ubi nihil probatur , quam quod alibi non

probatur. (*Lib. de Spect. cap. 17.*)

XIV. Arcent scenicos honoribus omnibus simul, & ornamentis. . . Quanta confessio est malæ rei, quarum auctores quam acceptissimi, sine nota non sunt. (*Ibidem cap. 22.*)

XV. An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic, ubi nihil est de Deo? . . . Pudicitiam ediscet, attonitus in mimos? imo in omni spectaculo nullum magis scandalum occurret, quam ipse ille mulierum & virorum accuratior cultus, ipsa consensio, ipsa in favoribus aut conspiratio, aut dissensio, inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant. Nemo enim in spectaculo ineundo prius cogitat, nisi videri, & videre. . . . Avertat Deus à suis tantam voluptatis exitiosa cupiditatem. (*Ibid. cap. 25.*)

XVI. Jam nunc si putas delectamentis exigere spatium hoc, cur tam ingratus es, ut tot & tales voluptates à Deo contributas tibi satis non habeas, neque recognoscas? Quid enim jucundius, quam Dei Patris, & Domini reconciliatio? quam veritatis revelatio? quam errorum recognitio? quam tantorum retro criminum venia? Quæ major voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis, quam sæculi totius contemptus, quam vera libertas, quam conscientia integra, quam ad vitam sufficiens, quam mortis timor nullus? (*Ibidem cap. 29.*)

XVII. Proh scelus! semel Judæi Christo manus intulerunt, isti *impii Sacerdotes* quotidie Corpus ejus lacessunt. O manus præcidendæ! viderint jam an per similitudinem dictum sit: *si te manus tua scandalizat, amputa eam.* Quæ magis amputandæ, quam in quibus Domini Corpus scandalizatur! (*Lib. de Idololatria cap. 7.*)

XVIII. Perfectæ, id est, Christianæ pudicæ, appetitionem sui non tantum non appetendam, sed etiam execrandam vobis, sciatis: primo quod non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malum istud? quid invitas, cujus te profiteris extraneam? tum quod tentationibus viam ape-

rire non debemus, quæ non numquam (quod Deus à suis abigat) instando perficiunt, certe vel spiritu scandalum permovent. (*De cultu scem. cap. 2.*)

XIX. Non supergrediendum in ornando corpore, ultra quam quod simplices & sufficientes munditiæ concupiscunt, ultra quam Domino placere; in illum enim delinquant, quæ cutem medicaminibus unguunt, genas rubore maculant. . . . Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim, cum emendant, cum adjiciunt, utique ab adversario artifice sumentes ad ditamenta ista, id est diabolo. (*Ibidem cap. 5.*)

XX. Prodite vos jam medicamentis, & ornamentis exstructæ Apostolorum. . . . Caput maritis subjicite, & satis ornata eritis; manus lanis occupate, pedes domi figite, & plusquam in auro placebunt. Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitie. Taher pigmentatæ Deum habebitis amatorem. (*Ibid. cap. 13.*)

XXI. Tu peregrinus es mundi hujus, civis supernæ Hierusalem. . . . Nihil tibi cum gaudiis sæculi, imol contrarium habes. *Sæculum enim gaudebit, vos vero lugebitis. Et felices ait lugentes.* . . . Omnia imaginaria in sæculo, & nihil veri. (*Lib. de coronâ militis cap. 13.*)

XXII. Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocina personarum, non privilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, & ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominavit. (*Lib. de Virg. Veland. cap. 13.*)

XXIII. Non ex personis probamus fidem, sed ex fide personas. Nemo sapiens est, nemo fidelis, nemo major, nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem usque perseveraverit. (*Præscript. advers. Hæret. cap. 3.*)

XXIV. Nobis curiositate opus non est post Christum Je-

sum, nec inquisitione post Evangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus. (*Ibid. cap. 8.*)

XXV. Quemadmodum Christus nobis arrhabonem spiritus reliquit, ita & à nobis arrhabonem carnis accepit; & vexit in cælum pignus totius summæ illuc quandoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, usurpatis & cælum, & regnum Dei in Christo. Aut si negent vos in Christo, negent & in cælo Christum qui vobis cælum negaverunt. (*Lib. de Resurrect. carn. cap. 51.*)

XXVI. Non facie homo ad uniformem Deum expressus est: sed in ea substantia, quam ab ipso Deo traxit, id est animæ ad formam Dei spondentis, & arbitrii sui libertate signatus est. Hunc statum ejus confirmavit etiam ipsa lex. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate: nec rursus comminatio mortis transgressioni adscriberetur, si non & contemptus legis in arbitrii libertatem hominis deputaretur. Sed & alias quale erat, ut totius mundi possidens homo; non in primis animi sui possessione regnaret, aliorum Dominus, sui famulus. (*Lib. 2. advers. Marcion. cap. 5. 6.*)

XXVII. Justitia Dei plenitudo est divinitatis ipsius, exhibens Deum perfectum, & Patrem & Dominum. Patrem, clementia; Dominum, disciplina: Patrem, potestate blanda; Dominum, severa: Patrem diligendum pie; Dominum, timendum necessariò: diligendum, quia malit poenitentiam peccatoris, quam mortem; & timendum, quia nolit peccatores, sui jam non poenitentes. Ideo lex utrumque definit: *Diliges Deum, & timebis Deum.* Aliud obsecutori proposuit, aliud exorbitatori. Ad omnia occurrit tibi Deus, percutiens, & sanans; mortificans, sed & vivificans; humilians, sed & sublimans; condens mala, sed & pacem faciens. (*Ibid. cap. 13. & 14.*)

ADICIONES.

I. Aquella santa religion nada suplicaria por defender su razon; porque tampoco se admira de la condicion que sufre. Sabe que es peregrina en la tierra, y que entre los extranos fácilmente se hallan enemigos; pero no ignora que en el cielo es donde tiene descendencia, asiento, esperanza, gracia y dignidad.

II. Somos un cuerpo por la conciencia de una misma religion, unidad de doctrina, y motivo de esperanza: vamos todos á una misma junta y congregacion para conseguir á Dios orando, siendo nuestro exercito las súplicas y las preces: es tanta fuerza le es muy agradable á Dios.

III. Mortificadnos, atormentadnos, sentenciadnos, y aterrados: vuestra iniquidad es una prueba de nuestra inocencia.

IV. De nadie es enemigo el Christiano; quanto menos lo será del Emperador, á quien

I. Nihil illa religio de causa sua deprecaretur, quia nec de conditione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire. Caterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in cælis habere. (*Tertul. in Apolog. adv. gent.*)

II. Corpus sumus de conscientia religionis & disciplina unitate, & spei fodere: colamus in cœtum & congregationem, ut ad Deum, quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. (*Ibid. cap. 39.*)

III. Cruciate, torquete, dammate, & atterite nos: probatio est enim innocentie nostræ, iniquitas vestra. (*Ibid. cap. 50.*)

IV. Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris: quem sciens à Deo suo

constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & revereatur & honoret & salvum velit. . . Colimus ergo Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum, & quidquid est à Deo consecutum, solo Deo minorem. Hæc & ipse valet. Sic enim omnibus major est, dum solo vero Deo minor est. (*Ad Scapulam, c. 1.*)

V. Audaciam existimo de bono divini præcepti disputare. Neque enim quia bonum est, idcirco auscultare debemus, sed quia Deus præcepit, ad exhibitionem obsequii, prior majestas Imperatoris, quam utilitas servientis. (*Ltho de Poenit. 1.*)

VI. Pervicacissimus hostis ille, numquam malitiæ suæ otium facit, at quin tunc maxime sævit, cum hominem plene sentit liberatum; tunc plurimum accenditur, dum extinguitur. (*Ibid.*)

VII. Hujus poenitiæ secunda quanto in arcto ne-

es preciso que ame, reverencie, honre, y le desee la salud, sabiendo que está puesto por su Dios. Veneramos, pues, al Emperador, como nos es permitido, y como á él le conviene; como á un hombre, segundo despues de Dios, y en lo que suele dar Dios en esta vida, á Dios solamente inferior, esto es todo lo que él puede desear, pues ya de este modo es mayor que todos; quando solo es menor que el Dios verdadero.

V. Tengo por atrevimiento disputar de la bondad del precepto divino; pues no solo debemos escucharle porque es bueno, sino porque es precepto de Dios. En el rendimiento del obsequio, primero es la magestad del Emperador, que la utilidad del que le sirve.

VI. Porfiadísimo enemigo es aquel; nunca descansa en su malicia, ántes bien entónces procede con mayor crueldad, quando conoce que el hombre enteramente se ha librado; entónces se enciende mas quando se apaga.

VII. En esta segunda poenitiæ, quanto es un punto

mas estrecho, tanto mas fuerte es la prueba, para que no solamente se mire á la conciencia, sino que se manifieste la poenitiæ en algun acto: este acto se llama exomologesis, en la qual confesamos el delito á Dios, no como á quien lo ignora; sino como que la satisfaccion se dispone con la confesion, y con la confesion poenitiæ se aplaca á Dios.

VIII. Si quieres volver atrás, y retratarte de la exomologesis (esto es penosa satisfaccion) considera en tu corazon el fuego del infierno, y que la exomologesis es la que le apaga; imagina primero lo grande de la pena, para que no dudes aceptar el remedio.

IX. Pidiendo el pan cotidiano pedimos la perpetuidad en Christo, y ser individuos de su cuerpo místico.

X. Absolutamente se nos manda no volver mal por mal: á un hecho igual corresponde igual mérito. . . ; Qué honra sacrificaremos al Señor, nuestro Dios, si le usurpamos el arbitrio de nuestra defensa?

XI. Si para nosotros es

gotium est, tanto operosior probatio est, ut non sola conscientia præferatur, sed aliquo etiam actu administretur: is actus *Exomologesis* est, qua delictum Domino nostro confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione poenitiæ, Deus placatur. (*Ibid.*)

VIII. Si de Exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguit: & poenæ prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adoptione non dubites. (*Ibidem cap. 12.*)

IX. Petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & individualitatem à corpore ejus. (*Lib. de Orat. c. 6.*)

X. Absolute præcipitur malum malo non rependere, par factum par habet meritum. . . quem autem honorem litabimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogaverimus? (*Ibid. cap. 10.*)

XI. Quod si nobis omnis

impudicitia execranda est, cur licet audire, quæ loqui non licet? cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo sciamus; cur æque liceat videre, quæ facere flagitium est? cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui appareant aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur. (*Lib. de Spect. c. 17.*)

XII. Opus personarum, quæso, ut Deo placeat, qui vetat omnem similitudinem fieri, quanto magis sui? (*Ibid. cap. 23.*)

XIII. Nihil ex his quæ Spectaculis deputantur placitum Deo est; aut congruens Dei servis quod Domino placitum non sit. (*Ibidem cap. 24.*)

XIV. Sint dulcia licet & grata, & simplicia, etiam honesta quædam, nemo venenum temperat felle & alleboro, sed conditis pulmentis & bene sa-

exêcrable toda impureza, ¿ cómo ha de ser lícito oír lo que no es permitido hablar, sabiendo que la chocarrería, y toda palabra ociosa está condenada por Dios? ¿Cómo ha de ser lícito mirar lo que es delito executar? Porque aquellas cosas que, pronunciadas con la boca, se comunican al hombre, no se le comunicarán también quando las admite por los ojos ó por los oídos, supuesto que por estos sentidos llegan al espíritu, y no puede éste estar limpio quando sus Ministros se manchan?

XII. La obra de las máscaras, representada, pregunto: ¿cómo ha de agrádar á Dios, que prohíbe que se haga toda semejanza? ¿Quánto mas prohibirá la de sí mismo!

XIII. Nada de las cosas que se destinan para los espectáculos es agradable á Dios, y lo que no es agradable al Señor, no puede ser conveniente á sus siervos.

XIV. Demos que haya algunas cosas en los espectáculos que sean dulces, gratas y sencillas, y aun honestas; pero ninguno templa el veneno con

hiel, sinó con sazonados y sabrosos condimentos: y se echa mucho de este mal en las cosas dulces: de este modo, quando el diablo dispone la bebida mortal, la mezcla con cosas muy agradables y muy del gusto de Dios. Todas las cosas que allí se ven, sean fuertes, sean honestas, sean sonoras, sean delicadas, míralas como gotas de miel que caen de un destiladero envenenado: no mires tanto á la gula del deleyte, quanto al peligro.

XV. Delicado eres Cristiano, si en este mundo deseas el deleyte; y aun demasiado necio si esto mismo lo tienes por delicia.

XVI. Dad, dice el Señor, al Cesar lo que del Cesar, y á Dios lo que es de Dios; esto es, dad la imágen del Cesar, que está en la moneda, al Cesar; pero la imágen de Dios, que está en el hombre, dadla á Dios, para que de este modo se entregue el dinero al Cesar, pero á tí mismo á tu Dios.

XVII. El presumido teme ménos, se cautela ménos, y peligra mas. El temor es el fundamento de la salud. La

poratis, & plurimum dulcibus id mali injicit. Ita & diabolus lethale quo conficit, rebus Dei gratissimis & acceptissimis imbuít. Omnia illic seu fortia, seu honesta, seu sonora, seu subtilia, proinde habe stillicidia mellis de libacunculo venenato: nec tanti gulam facias voluptatis, quanti periculum. (*Ibid. cap. 27.*)

XV. Delicatus es, Christiane, si & in sæculo voluptatem concupiscis; imo nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. (*Ibid. cap. 28.*)

XVI. Reddite, ait, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: id est imaginem Cæsaris, Cæsari, quæ in nummo est; & imaginem Dei, Deo, quæ in homine est: ut Cæsari quidem pecuniam reddas, Deo temetipsum. (*Lib. de Idolatria, cap. 15.*)

XVII. Qui præsumit, minus veretur, minus præcavet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est. Præ-

sumptio impedimentum timoris... Timendo cavebimus, cavendo salvi erimus. Qui securus agit, non est sollicitus, non possidet tutam & firmam securitatem: & qui sollicitus est, is vere poterit esse securus. (*Ibidem.*)

XVIII. Vos solis maritis vestris placere debetis. In tantum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaveritis. Securæ estote benedictæ. Uxor nulla deformis est marito suo... Neque vestrum putent, si temperaverint à compositione sui, odium & aversionem maritorum persecuturas. Omnis maritus exactor castitatis est. Formam vero fidelis non spectat, quia non iisdem bonis, quæ gentiles putant, capimur. (*De cultu foemin. cap. 2.*)

XIX. Propter conventum & mutuum videre & videri, omnes pompæ in publicum proferuntur, aut ut luxuria negocietur, aut gloria insolenscat.

XX. Pudicitia Christiana satis non est esse; verum & videri. Tanta enim debet

presuncion es impedimento del temor... Temiendo nos guardaremos, y guardándonos nos salvaremos. El que obra como si estuviera seguro, no está solícito y cuidadoso, no posee una seguridad firme y sin riesgo: el que vive cuidadoso, es el que podrá estar seguro.

XVIII. Vosotras solamente debéis agradar á vuestros maridos, y en tanto los agradareis, en quanto no procureis agradar á otros: las que teneis la bendicion estad seguras: ninguna muger es fea para su marido. No es de Christianas pensar que si moderan el adorno han de incurrir en el ódio, y aversion de sus esposos. Todo esposo pide la castidad. El fiel no mira á la hermosura; porque los Christianos no nos dexamos llevar de los mismos bienes que estiman los Gentiles.

XIX. Por los concursos, y el réciproco deseo de ver y ser vistas salen al público las pompas y vanidades; ó para negociar lascivia, ó para insolentarse con la vanagloria.

XX. Á la pureza christiana no la basta el sér; necesita parecer; pues debe ser tan-

ta su plenitud, que salga del corazon al vestido, y de lo interior de la conciencia, prorumpa á la superficie: para que por fuera la mire como alhaja suya propia, conveniente para contener perpetuamente la fidelidad. Se han de sacudir del ánimo las delicias: con su blandura y abundancia, puede afeeminarse el valor de la fe.

XXI. ¿Qué expresiones serán suficientes para contar la felicidad de aquel matrimonio que la Iglesia concilia, la oblation le confirma, los ángeles le señalan, y el Padre le acepta? ¿Qué yugo como el de dos fieles que viven con una misma esperanza, un mismo deseo, una misma doctrina, y una misma servidumbre? Ambos hermanos, y ambos consiervos. Juntos oran, juntos pasan los ayunos, mutuamente se llevan, y mutuamente se exórtan. Iguales en la casa de Dios, iguales en el matrimonio de Dios. En los trabajos, en los refrigerios, ninguno se oculta del otro, ninguno huye del otro, y ninguno de los dos es molesto á su consorte: libremente visitan los enfermos, y sustentan á los nece-

esse plenitudo ejus, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem: ut & foris inspiciat quasi suppellectilem suam, ut conveniat fidei continendæ in perpetuum. Discutiendæ enim sunt deliciae, quarum mollitia & fluxu fidei virtus effeminari potest. (*Ibid. cap. 13.*)

XXI. Unde sufficiam ad enarrandum felicitatem ejus matrimonii quod Ecclesia conciliat & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renunciant, Pater rato habet? Quale jugum fidelium duorum unius spei, unius voti, unius disciplinæ, ejusdem servitutis? Ambo fratres, ambo conservi. Simul orant, simul jejunia transigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In Ecclesia Dei pariter, in connubio Dei pariter. In angustiis, in refrigeriis, neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est; libere æger visitatur, indigens sustentatur. Eleemosynæ sine tormento, sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non furtiva signatio,

non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duo Psalmi & Hymni; & mutuo provocant quis melius Deo suo canet, talia Christus videns & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Ubi duo, ibi & ipse: ubi & ipse, ibi & malus non est. . . Non aliter fidelibus licet nubere, & si liceret, non expediret. (*Lib. 2. ad uxor. cap. 5.*)

XXII. Solemus hæreticis, compendii gratia, de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis regula prior, quæ etiam futuras hæreses pronuntiavit, in tantum posteriores quæque doctrinæ hæreses præjudicabuntur, quia sunt quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænuñciabuntur. (*Lib. advers. Hermogenem.*)

XXIII. Rescindendo quod credidisti, probas, antequam

sitados. Las limosnas sin tormento, los sacrificios sin escrupulo, y el cotidiano exercicio sin impedimento. No hay que persignarse furtivamente, es intrepida la congratulacion, no es muda la bendicion: resuenan entre los dos los Salmos y los Himnos, y mutuamente se excitan sobre quién cantará mejor á su Dios; se alegra Christo que tales cosas oye y ve. Á estos es á quien envia su paz. En donde están dos, allí está él, y en donde está, no está el malo. . . No es lícito á los fieles casarse de otro modo; y aunque fuese permitido, no les convendria.

XXII. Solemos prescribir contra los Hereges, para decirlo en pocas palabras, porque son posteriores á nosotros. Pues quanto la regla de la verdad es anterior, y ya pronunció que habia de haber heregias, tanto todas las doctrinas posteriores, sean las que fuesen, serán juzgadas por heregias, por ser de las que estaba anunciado en la regla mas antigua de la verdad, que habian de venir.

XXIII. Rescindiendo lo que creiste, das pruebas de que

antes de rescindirlo fué muy diferente lo que creiste que era de otro modo. Ello así habia venido por tradicion, y á la verdad, lo que habia venido por tradicion era lo verdadero, como que nos habia venido de aquellos á quienes pertenecia comunicar la tradicion. Síguese, pues, que rescindiendo lo que era tradicion, rescindiste lo que era la verdad: no tuviste derecho para ejecutarlo así.

XXIV. Para Dios solamente es imposible lo que no quiere.

XXV. Nació el Hijo de Dios: esto no avergüenza por la misma razon de ser cosa vergonzosa. Murió el Hijo de Dios, por esto mismo es creible, porque no lo alcanza la razon (1): sepultado resucitó; esto es cierto, porque es imposible (2).

XXVI. El que habia de ofrecer una nueva Natividad, debia nacer de un nuevo modo.

XXVII. No hay duda que puede restituir la carne el que la hizo. ¿Quánto mas es

rescindere aliter fuisse quod credidisti aliter. Illud ita erat traditum. Porro quod traditum erat, id erat verum, ut ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti; nullo jure fecisti. (*Lib. de carne Christi, cap. 2.*)

XXIV. Deo nihil impossibile nisi quod non vult. (*Ibid. cap. 3.*)

XXV. Natus est Dei filius; non pudet, quia pudendum est. Mortuus est Dei filius; prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus resurrexit; certum est, quia impossibile est. (*Ibid. cap. 5.*)

XXVI. Nove nasci debebat, novæ nativitatis dedicator. (*Ibid. cap. 17.*)

XXVII. Utique idoneus est carnem reficere, qui fecit: quanto plus est fecisse, quam

(1) Tertuliano dice: *quia ineptum est*; porque es necia cosa: alude á lo que dixo San Pablo, hablando de Christo crucificado. Necedad para los Gentiles, *Gentilibus autem stultitiam.* (2) Á la naturaleza.

refecisse: initium dedisse, quam reddisset? ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione. (*Lib. de resurrectione carnis, cap. 11.*)

XXVIII. Omnia in statum redeunt, quum ascesserint: omnia incipiunt cum desierint. Ideo finiuntur (ut fiant. Nihil deperit, nisi in salutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus ante, quam literis... præmisit tibi naturam magistram, submissurus & prophetiam, quò facilius credas prophetiæ, discipulus naturæ; nec dubites Deum carnis etiam resuscitatorum, quem omnium novis restitutorum. (*Ibid. cap. 12.*)

XXIX. Humanæ temeritatis, non divinæ auctoritatis negotium est hæresis; quæ sic semper emendat Evangelia, dum veniat. (*Lib. 4. contra Marc. cap. 4.*)

haberla hecho que el haberla resucitado, y el haberla dado al principio, que el haberla restituido? Y de este modo debes creer que es mas fácil resucitar la carne, que haberla criado.

XXVIII. Todas las cosas vuelven á su estado quando se han desvanecido: todas las cosas empiezan de nuevo quando dexan de ser. Se acaban para hacerse; nada perece, sinó para vivir. Luego todo este orden de sucesiva revolucion de las cosas está dando testimonio de la resurreccion de los muertos. Primero la prescribió Dios á todas sus obras, que se escribiese con letras... Primero te dió á la naturaleza por maestra para introducir despues la profecía, para que mas facilmente creyese á la profecía habiendo aprendido en la naturaleza: y para que no dudes que Dios, que es el restituidor de todas las cosas, tambien es resucitador de la carne.

XXIX. La heregía es asunto de la humana temeridad, y no punto de la divina autoridad; y quando viene, siempre quiere enmendar los Evangelios.

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE ORIGENES,

Correspondientes al capítulo VI. art. IV.

I. Ut in quibusdam corporis membris, si malum ad intima penetraverit, medicamentis quibusdam ad extimam superficiem materiam attrahit medicus, molestissimas inflammationes & dolores plures iis, quos antequam curaretur, sustinebat, afferens, sic Deum arbitror occultam malitiam, quæ ad intimam animam penetravit, tractare... Abditam pravitatem foras extrahit, ut aperta fiat, ut congruentem curationem adhibeat. (*Comment. in Exod.*)

II. Quia expurgavi te, & non es purgatus, non irascar tibi amplius, neque æmulabor propter te amplius. Ergo quibus non irascitur peccantibus, ut ita dicam, bile incensus non irascitur. (*Ibidem.*)

III. Existimamus, & dolorem & laborem & castigationem, quæ Deo inferuntur, iis semper conducere, qui patiuntur; & gravissima, quæ Deo tribui putantur nomina, furor & ira, arguere & erudire dicuntur, ut hic; Domine ne in furore tuo argueris me, neque in ira tua erudieris me. (*Ibidem.*)

IV. Posui te ut dispergas, & dissipes, & ædifices & plantes. Primum est ut mala auferantur à nobis; non potest in loco ædificationis malæ ædificare Deus. (*Hom. 1. in Jerem.*)

V. Si Deus benignus esset tantummodo, bonitatem ejus contemneremus: si severus tantummodo, desperatio salutis nos propter peccata, quæ fecimus, præcipitaret in vitia. (*Hom. 4. Jerem.*)

VI. Omnis qui peccatum facit ex Zabulo natus est. Toties ex Zabulo nascimur, quoties peccamus. Neque semel dicam justum ex Deo natum, sed per singula virtutis opera